

[Faint, illegible handwriting on aged paper]



DISPUTATIO JURIDICA

de

DEFENSIONE NECES-
SARIA,

Ex L. ut vim. 3. D. de Just. & Jur.

Publicè proposita

In illustri Gymnasio Servesta-An-
haldino,

PRÆSIDENTE

Clarissimo ac Consultissimo viro,

Dn. CYRIACO HERDESIANO,

*J. U. D. illustrissimiq; Principis ac Domini, Dn. RO-
DOLPHI, Principis Anhaltini, & c. Consilia-
rio, & ejusdem Gymnasii Professore.*

RESPONDENTE

**GEORGIO HALITIO Bern-
burgensi.**

A. D. Novembr.

SERVESTÆ

Typis Zachariæ Dörfferi,
Anno M. DC. XV.



NOBILISSIMO AMPLIS-
SIMOQUE VIRO,

Dn. ANDREÆ KNICHEN,
Jcto EMINENTISSIMO, ILLU-
STRISSIMORVM PRINCIPVM AC
DOM. D. FREDERICI VDALRICI, Ducis
Brunovicenf. &c. D. JOHANNIS GEORGI
D. RODOLPHI, D. LVDOVICI,
Principum Anhaltinorum, &c.

CONSILIARIO & in au-
la Serueftana

CANCELLARIO
gravisimo

Favitori & amico suo ætatem
obfervando

Hanc Themiftiam Thefcopœfin

IN

Studii fui & obfervantiæ

ΤΕΧΝΗΤΕΙΟΥ

L. M. Q.

Infcribit ac offert

KYR. HERDESIANUS.



DE NECESSARIA DE- FENSIONE.

THESIS I.



D humanæ societatis tutamentum, cædes hominis variis pœnis & legibus coercetur, lata lege Pompeja in parricidas, lege Cornelia in Sicarios, qui ex proposito, insidiis, proditoriè vel per assassinium hominem trucidarunt, & lege Aquilia in eos qui culpa & quandoque casu eidem necem intulerunt: Verùm quod quisq; ad tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse dicitur, *l. ut vim 3. ff. de lust. & lur.*

II.

Hæc corporis sui tutela, quæ & moderamen inculpatae tutelæ indigetatur, aut defensio necessaria, Germanie Nothwehr / originem suam trahit partim ex jure naturali, ratione instinctus naturæ, quo & bruta vim inlatam propellunt, *l. 1. § vim vi. ff. de vi & vi arm:* partim ex jure gentium quod ad rationem naturalem attinet: Juris verò civilis & Canonici est approbationis & formæ respectu, non dissentiente ab his omnibus poli jure.

III.

Ex quibus adparet, hanc defensionem ne à summo quidem Principe, ut falsò quidam putaverunt, vel statuto tolli posse. *Vasquius 1. Contr. 18. ab init.*

A 2

IV. For-

IV.

Formam illam & moderamen hujus tutelæ ex septem circumstantiis vulgari hoc versu comprehensis, Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando cōsiderabimus, initio facto à causa efficiente, Quis sc. hujus defensionis sit capax, omnes nim. homines, qui nullo ætatis, conditionis, sexusvè respectu habito violentam offensionem propulsare possunt.

V.

Quòd ad proscriptum, quem vulgò bannitum vocamus, attinet, licet à quovis ille occidi possit impunè; tamen ratione juris naturalis se defendere utique poterit; sed sine juris civilis adprobatione: adeoq; ex eo post solutum bannum etiam ob homicidium commissum, licet in terminis necessariæ defensionis, rectè accusatur. Vid. *ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. So jemandt abso bald auch § sollen des; oder desselben re.*

VI.

Sicut ergo hæc defensio omnibus competit; ita etiam contra omnes datur, nemine excepto, ne quidem muliere, magistratu, Sacerdote, parente, Domino, præceptore, &c. quatenus scilicet violenter te insultent.

VII.

Et quod in Pontifice Romano Catholici distinguunt, idem & nos in summo Principe admittimus, Credendum non est, *inquit lul. Clar. in § adulterium, n. 22.* in æternum, quod ullus Pontifex adulterium committat, licet ut homo sit possibile. Non ergò contra Principem ut Principem moderamine inculpatae tutelæ uti quis potest, sed uti contra hominem, quem homini insidiari nefas est; Sed hoc ipsum cum grano salis accipiendum est, ut idem Clarus ait *lib. 5. sent. § homici-*

mici-

homicidium n. 30. ubi dubitat, si casus ejusmodi contingeret in practica, an obtineri possit &c.

IIX.

De furiosis, mente captis, noctambulis, infantibus, cæcis, ebriis &c. dubitari quoq; possit, sed quatenus commodè vim ipsorum aufugere nequimus, jure quoq; contra eos nos defendimus. *Bart. in d. l. ut vim.*

IX.

Quid verò defendere nobis liceat, videndum est, & quanquam Vlpian. *in d. l. nostra* faciat mentionem tantum corporis sui; tamen, quum vita & honor paribus passibus ambulent. *l. justa ff. de manum. vind.* Et crudelis sit, qui famam suam negligit *c. nolo 12. q. 1.* Ideo ob honoris tui, & famæ defensionem, injuriam illatam, si aliter tueri te nequeas, repellere, adeoq; injuriantem occidere potes. *Mars. cons. 81. n. 16. lul. Clar. § homicidium libr. 5. sent. n. 26.*

X.

Quod tamen Interpp. de reali injuria accipiunt, ob verbalem enim solam injurians contra jus trucidatur, nisi gravissima injuriâ verbali adfectus irâ percitus injuriantem fortean occideret; talem enim ordinariæ homicidii pœnæ non subdimus. *arg. l. si adulteriu 38. § 8. ff. ad l. lul. de adul. l. qui cum major. 14. § si liberus ff. de bon. libert.*

XI.

Sanè cum Virginibus ablata Virginitas restitui nequeat, adeò ut, licet DEUS omnia possit, suscitare tamen virginem non possit, ut loquitur Pontifex post D. Hieronym. *in c. si Paulus 32. q. 5.* ideò si quem istius attentatorem & furem Virgo occiderit, jure defensio-

nis hujus impunis erit, Quod & de conjugatis & viduis honestis dicendum est.

XII.

Quid statuendum de meretrice, quæ vulgò quaestum ex corpore facit, si pro justo pretio recusatus proculus, ab ea subacta & compressa occidatur, an necessariam defensionem illa allegabit? In Italia & Hispania, quæ referta meritoriis istis harpyis, contrarium sapius decisum vidi; Quod & sequimur.

XIII.

Sed quaeritur, an maritus adulterum in uxore *ἐπ' αὐτοφώρῳ* repertum, vigore hujus defensionis licitè interficere possit, quod leges negant, *l. quod ait lex ff. ad l. lul. de Adult.* patri duntaxat adulteræ eam regulariter indulgentes; sed cum consuetudine malo contrarium tueri. Vid. *Const. Carol. V. art. 124. in pr.*

XIV.

Non facilè & promiscuè hanc defensionem quibusvis & necessariis personis indulserim, cum lex nostra tantum loquatur de suæ personæ vel corporis sui tuitione, Vnde eis propriè, qui portio corporis nostri dicuntur, ut sunt parentes, liberi, conjuges, fratres, sorores, hoc moderamine succurrere possumus.

XV.

Pro conservatione & tuitione rerum nostrarum, nisi cum ea vitæ quoq; & corporis periculum conjunctum sit, hæc defensio non recipitur. *d. l. nostra, & ibi Dd.*

XVI.

Secus in fure nocturno in jure nostro cautum reperitur, quia discerni noctu nequit, venerit ne ad furtum

tum

tum faciendum, an ad homicidium *l. furem 9. ff. ad L.
Cornel. de sicar.*

XVII.

Quod ad Religionem & conscientiae libertatem
attinet, ad ejus defensionem, contra quosvis turbato-
res, praeter naturae jus, constitutiones quoque Imperii
te admittunt:

XVIII.

In Italia tamen & Hispania id non attentaverim
contra Inquisitores & exploratores, *Spioni* Itali vocant:
Optimè autem in Imperio nostro, si unà periculum
& damnum mihi inde emergat.

XIX.

Duellis quoque seu Monomachiis sapissimè ne-
cessariae defensionis & honoris tuendi velum obduci-
tur, Unde & heic adserimus, eas jure divino, ca-
nonico, & civili esse prohibitas, licet jure feudali, si
inter Dominum & vasallum feloniam & ingratitude u-
trinque commissa sufficienter probari nequit, duello
res expediri possit. *c. 1. §. si quis hominem & §. si quis ali-
um, §. si rusticus de pac. ten.*

XX.

Ex quo inter nobiles maximè hodie ista consue-
tudo ortum habet, qua infamiae notam incurrere pu-
tant eos, si provocati injuriosis verbis non compare-
ant, quod eousq; extendimus, ut verbis simul & armis
provocatus provocantem impunè occidere possit,
d. l. scientiam. 45. ff. ad L. Aquil.

XXI.

In his terminis Monomachiae casus excipimus,
si expresso principis edicto illa sub poena prohibita sit,
respectu tam provocantis, quam provocati, sicut Hen-
ricus Magnus in Gallia severissimè id olim observavit.

XXII. Citra

XXII.

Citra infamiae notam Duellum quoq; detrectare potest provocatus ob conditionis diversitatem, aut inaequalitatem: sic senex juveni, magistratus subdito, pater filio, dominus servo, praceptor discipulo, nobilis ignobili, &c. comparere non tenetur.

XXIII.

Quod etiam in Doctore Interpp. admittunt: ille enim, ut ait Virgilius Pingizerus *quæst. Saxon. 59. n. 64.* hostili impeditio*ni* ita respondere potest, Ut tu me tuis armis in certamen provocas; ita ego te jure in arenam meam, hoc est, coram magistratu voco, quo in loco armis meis, nimirum libris & doctrinarum autoribus ostendam, quantum artes tuæ meis sint inferiores. Aliud autem de iis Doctoribus dicendum videtur, qui gladios gestare consueverunt.

XXIV.

UBI autem hac defensione uti possimus, non difficile est quæsitum, cum etiam sacerdotem sacrificantem in templo violenter me invadentem occidere liceat; Quod & de quovis alio loco sine discrimine judicandum est.

XXV.

QUIBUS AUXILIIS & QUOMODO defensio fiat, videamus: & ante omnia solus personam propriam defendere debeo, sine interventu mediatorum sive opitulatorum, qui si aggressorem interfecerint, L. Corneliae poenae non omnino subjacent, praesertim, si animo defendendi non occidendi accesserint, *l. i. § Divus Hadrianus ff ad L. Cornel. de Sicar.*

XXVI.

MODUS autem legitimus in armis consistit & in fuga; Illorum paritatem non semper requirimus, unde si ag-

si aggressor pugnīs, lapidē, ligno, malleo, graviter te per-
tat, gladio etiam rectē vim depellere, nec moderamen
in culpa tutele; excedere diceris, *Damboud. c. 74. n. 14.*

XVII.

Defuga distinguunt nostri, nam si ea periculosa sit
insultato, jure fugere non tenetur, sed vim vi pellere,
secus si sine periculo; Vnde cum Donello putamus, e-
um, qui pro foribus ædium suarum staret, & adversari-
um ad se pergentem ocluso ostio areere potuisset, ni-
hilominus aggressorem interfecisset, moderamen in-
culpa tutele prætere non posse.

XXVIII.

CUR autem, & in quem finem ea defensio susci-
piatur, lex nostra satis declarat: Ita tamen ne ulciscen-
di sed defendendi animo fiat, *l. scientiam 45. § qui cum
aliter, in fin. ff. ad L. Aquil.*

XXIX.

Vnde in circumstantia QUANDO ea fieri debe-
at, non obscurum est, quod in continenti non inter-
posito multi temporis intervallo ejus moderamine sit
utendum, *l. 3. § eum igitur. l. 17. ff. de vi & vi arm.*

XXX.

Imò, non tantum illata, sed & imminens vis rectē
propulsatur, ad eò, ut non opus sit primum ictum expe-
ctare, melius enim est occurrere in tempore, quàm
post exitum vindicare, *l. 1. C. quando lic. unic. vind.*

XXXI.

Quod tamen de minis, quas adversarius in te con-
jicit, minimè intelligimus, nisi minans simul in actu
sit eas exequendi; aut exequi minas consueverit,
*Zoanet. in tr. de defens. p. 2. num. 28. Matth. de Afflict. c. 1. §
porro n. 19. qua fuit prim. caus. benef. amitt.*

C

XXXII. Sed

XX XII *ibid.*
Sed quid dicendum est de eo: qui elevata manu,
sine armis alapæ duntaxat infligendæ gratia alterum
invadit, num impunè talem interficere liceat, nega-
mus; Potest enim offensus aliter se defendere, *Labeo-
nem § pulsatus ff eod.*

XX XIII.
Jam ad probationem necessariæ defensionis, com-
misso per eam homicidio, accedimus, de quo hoc no-
tandum est; illam defensori propriè incumbere, ut o-
stendat duntaxat, violentam occisi invasionem, quæ
inculpatae tutelæ basis est, quo ipso sui defensio elici-
tur, *Const. Crim. Carol. V. art. 142. ubi ait: So der beclag-
te Todschlæger seiner berühmten Notwehre halben auß-
sündig machte / das er von den Entleibten / mit einer Todli-
chen wehre / erslich angefochten were / So ist die Notwehre
durch den verclagten Todschlæger außgeföhret.*

XX XIV.
Testibus autem & præsumtionibus vel conjecturis
hæc defensio, ut plurimum probatur: testes a. duo suf-
ficiunt, si unus tantum fuerit, à mortis pœna defensor
excusatur: Idem est, si aliter, quàm per credulitatem
deponere nequeant: *Mascard. de prob. conclus. 490. n. 10.
Hypol. de Mars. in l. de minore § plurimum. n. 65. ad L. A-
quil. VVesenb. cons. 19.*

XX XV.
His deficientibus ad conjecturas & præsumptio-
nes recurrimus, quæ definiuntur ex *Const. Carolina art.
142. Von entleibung das niemand anders gesehen hat / vnd
eine Notwehre fûrgewendet hat ex facto, & personarum
qualitate: Illud respicit inimicitias præcedentes, lo-
cum, tempus, arma, atq; vulnera, utrinq; accepta: Ita
condi.*

conditionem & vitæ & corporistam occisi quàm occiforis.

XXXVI.

Sed hic occurrit nobilis quæstio, an, si occisus in extremo vitæ articulo confessus fuerit, se ab occifore insultatū primò fuisse, valeat, Et ejusmodi morientium confessiones, si aliter probari nequeunt, insufficientes sunt, l. 3. *§ si quis moriens, & ibi Dd. ff ad SC. Syllan.*

XXXVII.

Si conjecturæ cessent, nec ullum aliud pateat argumentum legitimæ defensionis, de jure nostro ordinaria, L. *Cornel. de Sicar.* pœna occifor afficitur, argumento. c. *frater vester. dist. 20. l. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar.* Vnde & *Carol. V. Const. Crim. art. 137.* his verbis sancit. Ein jeder Mörder oder Todtschläger / wo er desßhalben nicht rechtmässige entschuldigung außführen kan / hat das Leben verwirckt / c. *V. const. El. Aug. p. 4. const. 8. & ibi Moller.*

Miscellanea.

Æquitas stricto juri præfertur.

Consuetudo derogat juri scripto.

Compressa ab alio, si ignoranter ducatur, comperto errore, repudiari potest.

Minor sine curatoris autoritate non rectè obligatur.

Vasallus mutans vel alienans feudum sine consensu Domini, ipso jure eo cadit.

F I N I S.

cond. sonam & vire... possit occid. dnm oc.

clous... X.X.VI.

Sed hic occidit nobis... an, si occidit

extimo vire... cond. dnm oc.

instans primo... cond. dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

Sic... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

cond. dnm oc. si aliter... dnm oc.

V017


ULB Halle
003 252 043

3



Sb.





B.I.G.

Farbkarte #13

1675/1

6/



JVRIDICA

E NECES-
IA,

de Just. & Jur.

oposita
io Servesta. An.
no,

ENTE
ultissimo viro,

ERDESIANO,

icipis ac Domini, Dn. RO-
haldini, &c. Consilia-
masii Professore.

ENTE
LITIO Bern-
nsi.
Novembr.

STÆ
æ Dörfferi,
OC. XV.

